petuetur per citationem ad dicendum, uide eund.deciſio 109.nu. 5.& quid in cauſis criminalibus, eund.deciſio.206.& quid in cauſis feudalibus uide ritum. 244. & ibi Carauit.& amplia ut hæc inſtantiæ peremptio procedat etiam de iure canonico & in contrariũ p partes paciſci non poſſit, neq; cum iuram.ſecundum Couar. in c. quãuis.par.2.nu.4.de pact.in 6. Quid in cauſa appellationis ſeu reuiſionis an inſtantia reſtituatur uide Frecc. lib.3.ſubſt.c.1.nu.8. S.R.

De inſtantia non reſtituenda, ſiue reſtitutione expenſarum.

PRAGMATICA XXX.

Prag. 1. de inſtant.cauſa.

a INſtantia [a] cauſæ in iudicijs a iure præfixa, ſi decurſa fuerit per negligentiam partis, nullatenus
b reſtituatur: niſi prius [b] refectis
* expenſis. ſi autem culpa iudicis, tunc reſtituta ipſo iure intelligatur. Et intelligitur per iudicem ſtetiſſe, ſi per duos menſes ante lapſum inſtantiæ proceſſus concluſus ipſi iudici fue-
c rit præſentatus, [c] cum petitione & proteſtatione vt ad expeditionem cauſæ procedere debeat. Prædicta tamen non habent locum in perſonis, quibus per beneficium reſtitutionis in integrum a iure & regni conſtitutionibus ſubuenitur, in quibus reſtitutionem petentibus, beneficia eis ſalua remanent.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia currit a litis conteſtatione.*
2 *Et quando in ſecunda inſtantia currat.nu.2.*
3 *Et quid de iure canonico.nu.3.*
4 *Reſtitutio quibus perſonis concedatur.*
5 *Inſtantia non perit, ſi pars proteſtetur.*

a INſtantia in iudicijs &c.) Adde ꝙ in cauſis
1 ciuilibus inſtantia currit a tempore litis cõteſtatæ, vel ſi ibi lis non conteſtatur, a tempore quo incipit tractari de meritis cauſę, & eſt triẽnalis vt in l.properandum, in princ. & ibi per doct. C.de iud.in criminalibus vero biennio durat, vt eſt tex.in.l.fi.C.vt infra cer.temp.& in d.l.properandũ. in pri.in regno. idem eſt ſtatutum per ritum magnæ
2 curiæ qui incip.item ſeruat vt inſtantia &c.† Et prædicta habent locum in prima inſtantia: in ſecunda verò currit ab apertura proceſſus, iuxta alium ritum magnę curię, qui incipit, item in eiſdem curijs &c. De iure vero canonico aliter eſt diſpoſitum, vt habetur in c.venerabilis, de iudicijs, & in capitu.ex ratione, de appellationi, & ibi per Philip.de Fran.& in capitulo, cum ſit Romana.eo.tit.per Feli.& in Clemẽti.ſicut, eodem titu.& ibi per Car.

* Addit. *Quid ſi pars propter paupertatem non poteſt ſoluere expenſas, an inſtantia cauſæ ſit reſtituenda, Vide Bal.ꝙ ſic, in l.2.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut. Cremens.ſing.121.incip.ſtatuto cauetur.& limita in compluribus caſibus relatis per Parid. de Put. de ſindica. in uerbo, ſententia.nu.5.& 6.& uide Marant.in 5.parte principali ſui Specu.limita.11.in fi & 12. Aduerte tamẽ, ꝙ ſi hic actor poſt refertas expenſas obtinuerit in cauſa principali, etiam quo ad expenſas in cauſa factas, in liquidatione harum expenſarum non uenient expenſæ ſolutæ uigore huius prag. ut per D.Vinc.de Franc.deciſ. 331.& an de peremptione inſtantiæ poſſit opponi poſt ſententiam? quòd ſic.Ioſeph.Ludo.deciſ.24.inter Lucens. & ibid.deciſ.43.in fine. S. R.*

b †Refectis expenſis &c.)
3 † Nota ex tex. litem mortuam per perẽptionẽ inſtã-
4 tię reſtitui refectis expẽſis: q̃ reſtõ ad principẽ ſpectat, p ea q̃ voluit gl.& Bal.in l.ab hoſtibus. §.ſed ꝙ ff.q bus ex cauſis maiores, & Bar.in l.ab hoſtibus.C. eo. & practica eſt, ut fiat ſupplicatio principi, ut uitę ſpiritũ inſufflet liti mortuæ p perẽptionẽ inſtantiæ, ut teſtatur Par.in tra.ſind.in uer. ſnĩa. uerſi. reſtat.ij.col. & licet de iure communi fiat inſufflatio ex cauſa, per text.in d.leg.ſed ſi per prætorem, cum ſeq.ff.quibus ex cau.maio. ex clauſula generali: tamen in regno per dictam pragma. ex negligentia ét reſtituitur ſpiritus uitæ, & erit neceſſaria dicta reſtitutio, quando mortua eſt lis per peremptionem inſtantiæ, per dictam prag. quia dictus defectus non ſupplebatur, per c.regni, deteſtantes, ſecundum Par. in loco preallegato.

c † Cum petitione & proteſtatione &c.) Nota cautelã
5 ad hoc ne inſtantia cauſæ pereat: ꝙ cum petitione fiat iudici proteſtatio, ꝙ procedat ad expeditionem cauſæ. ſimilem cautelam poſuerunt Bar.& Bal. in l. Titia.§.1.ff.de leg. 2.& Feli in c.cum ſit.de appel.& in c.venerabilis, de iud.Phi.de Fran.in c.ex ratione, de ap.in 12.col.

✠ Perſonis,) perſonæ quæ reſtituunt, ponuntur in conſti.regni, obſcuritatem, & in conſti.mulieribus, & ibi per ſcribentes, per gl.in conſti.regni, minorũ iura, & de lapſu inſtantiæ in criminalibus vide per inſig.doc.Tho.Gram.in voto.6.nu.14.c.ſeq.

De falſis teſtibus non producendis, & de pœna producentium & vtentium.

PRAGMATICA. XXXI.

Prag. 1. de falſis.

a TEſtem [a] falſum [b] vel alias ſcriptu-
b ras, qui in cauſa ſcienter produ-
c cit, [c] vel eo uſus fuerit, ipſo iure [d]
d cauſam perdat: niſi [e] infra octo
e dies poſt proceſſum publicatum continuo ſequentes renunciauerit coram iudice tali de
f poſitioni ſpecifice, [f] & non in generaliter, quę in iudicijs ſolet fieri renõciatio a teſtibus, qui forte falſa depoſuiſſent, ultra cauſę perdi
g tionem, [g] pęnæ falſi a iure communi introductæ ſubijciatur. Teſtis vero qui falſa depoſuerit, per iudicem cauſæ ſeueriter pena falſi puniatur ſine nouo proceſſu ordinario: ſed ſufficiat, ſi citetur ad dicendum quare de falſo teſtimonio per eum pręſtito in tali cauſa cum inſertione depoſitionis per eum factæ condemnari non debeat: tunc enim ſi citatus perſonaliter, vel ad domum, non comparuerit, vel per aliquem legitime excuſatus non fuerit, tanquam contumax verus habeatur. Quia contumacia ad condemnandum eum de falſo ſufficiat, niſi quandocunque ante cõdemnationem perſonaliter cõparuerit, cau-

cauſam